

* MORTUORUM CURA apud Christianos.

UBI DE RITIBUS CIRCA CADAVERA, Funera, Mortuorum Animas.

Ac primùm de illis, qui corpus defuncti contingunt, & funerationem præcedant.

SIC CADAVERA MORTUORUM FIDELIUM solita lavari. Cur, à Quibus.

EXEMPLA, VIRORUM.

Hanc questionem tractat Stephan. in centur. q. jur. q. 8. & cum communi usu, & consuetudine affirmativam tuetur sententiam, allegans Barthol. in leg. ult. D. de cadav. punit. qui tamen nihil determinat, sed tantum monet, cogitandumque relinquit. Dec. in l. imperium 3. n. 18. de jurisd. 3. adducit fundamenta Dd. quod perfecta medicina cognitio, non magis absq; anatomicis dissectionibus comparari possit, quam vera aliqua alterius artis scientia, absque ipsiusmet propriis, & genuinis subiecti notione, insuper magni ponderis, & momenti medicinarum esse addit, illique omni ratione esse favendum, auxiliumque omne libentissimè suppeditandum. 4. Quod dissectio illa publici boni, & utilitatis gratia suscipiatur, ut scilicet medici peritioses fiant, additque, quæ utilitatis causa fiant publicæ, licet in contumeliam alterius cedant, non esse redarguenda. 1. quod resp. D. injur. 5. Omnem honorem illis esse denegatum, utpotè, qui servi pœnæ fuerunt. l. capitalium 28. §. famosi D. de pœn. 6. Allegat suprad. l. ult. de cadav. punit. cum cadavera cuius petenti ad sepulturam concedi soleant, maximè medicis esse concedendas, utpotè à quibus ipsi sepultura contingit honesta. 7. Quod ostiumque istam compaginem, & quotidianam ejus inspectionem conducere nobis ad demonstrandum scilicet miseram nostram conditionem, fragilitatem, & imbecillitatem. 6. Prodesse nobis ad considerandum admirandam sapientiam architecti, & opificis hujus structurae corpus. 9. Ductere nos, & invitare hanc considerationem, ad ardentem, & seriam gratiarum actionem, quæ ipsi opifici debetur.

Verum negativa sententia, quam & Empirici veteres secuti sunt, magis mihi probatur, utpotè non tam sœva, & iniqua in C mortuos, nec tam sœda, nauseaque plena, non obstantibus suprad. Nam d. ult. de cadav. punit. loquitur ea justitiæ plena, de petitione ad sepulturam, quod cuius petenti corpora animadversorum ad sepulturam danda sint, unde nulla meo iudicio extensio ad anatomen colligi potest, utpotè quæ maximè contrariatur sepulture, & tenet l. i. d. r. corpora eorum, qui capite damnantur, cognatis eorum neganda non esse. Et refert Lucius 12. placitum decimo permissum à Senatu Parisiensi, fuisse cognatis cuiusdam Advocati Majestatis damnati cadaver sepulture dare. 2. D. l. 3. de jurisd. definit merum imperium, quod nimirum sit habere gladii potestatem, ad animadverendum in facinorosos, ea verò animadversio consistit in executione sententiæ; & pœnæ virorum, non etiam mortuorum. 3. Negatur, quod perfectio medicinarum absque anatomicis dissectionibus comparari nequeat. Unde enim in veteri Testamento Medici suam perfectionem adipiscerentur? qui tamen peritissimi in ea arte fuerant, quod etiamnum hodie Judæi medicis testantur. Unde servi medicinarum suarum exercitationis nacti? quibus licitum fuit medicinarum exercere, & tamen de iure civili, pro nullis habebantur, nullumque dicebantur capere habere, l. 22. l. 107. l. 209. D. de reg. jur. l. 59. in fin. D. de capiti. demin. l. 2. §. 2. ad l. Aquil. ubi servi qui parantur quadrupedibus l. 1. §. 1. D. de bis qui sunt sui iuri. Dominus in servos vitæ, necique potestatem fuisse. Unde illis experientia medicinalis? putane quisquam vilibus illis hominibus favitiam in defunctorum cadavera permissam fuisse, & tradit Glad. rubr. C. de profess. & Med. lib. 10. nullam aliam rationem esse, quod Medici separarentur à Professoribus, quod etiam Judæis, & servis medicinarum exercere liceat, qui tamen ab omnibus aliis dignitatibus, & facultatibus sunt exclusi. 4. Ad ducta, l. quoad resp. D. de injur. loquitur, quod resp. causa veneranda secundum bonos mores fit, etiam ad contumeliam alterius pertinet, quia tamen non ea mentis magistratus fecit, sed ad vindictam publicæ majestatis respiciat, actione injuriarum non tenetur.

Respicitur lex solam vindictam, non duplicem pœnam, quæ in anatomia esse videtur, §. D. l. capitalium, §. famosi, loquitur de famosis latronibus, ipsorumque pœna, quod nimirum furca figendi, ut & conspectu detererantur aliis ab istud

facinoribus. Contrariatur ergo potius priori sententiæ, quia cessare ille terror absumptis illis de furca, & sin non fieret. Et satis legi, & sententiæ, addit text. ut & solatio sit cognatis, & affinis interemptorum, eodem loco pœna reddita. 6. Quotidie, & singulis ferè horis imbecillitas, miseria, & fragilitas nostra, nobis ob oculos ponitur, quando nimirum cœcæ meretricia pertransimus, defuncti ad sepulchrum effertur, quibus melius ostenditur mortalitas nostram, & major inde consolatio percipitur, cum honestam sepulturam alicujus videmus, quam anatomicam dissectionem. 8. Eodem modo admiranda illa sapientia architecti, & opificis hujus operis melius nobis demonstratur, per inspectionem cuiusvis operis, præsentem namque refert qualibet herba Deum, & quidquid etiam minimum in rerum natura intuemur, argumento nobis est omnipotentis, & sapientie immensæ Dei. Lucret enim in tota natura rerum admiranda Dei opificis sapientia, & vestigia præsentie divinitate tam expressa undique oculis obversantur, ut animos non profusos, sed, aut cyclopes evidentem convicant, quod fit Deus, cogantque illos assentiri divinitus insitus de providentia notionibus. Ultimo eadem ardens, & serena gratiarum actio oritur, ex proximè præcedentibus artibus, atque ex intuitu officium, oriturque debet ad cuiuslibet F horæ sonitum, de consolatione tamen passim observatur, quod hujusmodi corpora medicis dantur, habita tamen prius licentia à Principe, vel senatu, referetque Gomez. 12. cap. de illi. in fin.

CAROLUS V. Imperatorem, ann. 1566. pervagasse sub hac re consilium Universitatis Salmaticensis, eamque respondisse, licere, cadavera mortuorum medicis dari in ulum dictum. Plura huc pertinentia habet Jul. Clarus in §. fin. q. 51. vers. sed hic incidenter Leontius in processu criminali ad l. eorum ult. C. de bon. eorum, qui sibi mort. conscri.

* Mortificatio.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Mortificationem appellant Doctores Ecclesiastici, quamcumque sponte assumptam, vite mentis, sive corporis castigationem: quia non solum ab illicitis perturbationibus, puta iræ, odii, indignationis, gaudii ob res terrenas, desiderii earundem, animus: ab appetitu quoque inordinato rerum G sensibiliu carne; verum etiam nonnunquam à licitis sensum, & carnis cupiditate frænamus, & coerces. Dicit à mortis similitudine, nam sicut homo mortuus, & oculus nullam perturbationem, aut sensum exhibet quantumcumque in ipsum defœviatur: ita & mortificatus velut absque sensu fœveatur ex altari Holocausti: sic & orationis fervor ex carnis mortificatione debet promanare. Unde qui orat, & hanc negligit, perinde facit, atque si quis sine igne vellet incendere aromatata.

PRÆCEPTUM, ET NECESSITAS.

Nihil est in S. Litteris, & earundem interpretibus adeò commendatum, quam ut spirituales hanc mortem nobis provocemus. Monet Salomon, & Ecclesiasticus, ne carnis post concupiscentias nostras: & Deus ad Cain, Sub te, inquit, erit appetitus tuus: nempe peccati, & dei dominaberis illius. Hoc est, si volueris, poteris omnes passiones animi tam internas, quam quæ in opus foras exeunt compescere, & iis etiam H reniti. Genes. c. 4.

S. Paulus jubet mortificari membra nostra, quæ sunt super terram: mortificare spiritu facta carnis: curam carnis non facere in desideris, &c. Petrus quoque abstinere à carnalibus desideris, quæ militanti adversus animam. Sed & omnis mortificationis exemplum Christus ait: Qui non tollit crucem suam, & sequitur me, non est meus dignus. Math. 10.

Hinc Apostolus noscra hostiam viventem, non solum excitando in nobis vitam spiritualem per opera bona: sed insuper per actus mortificationis corpus nostrum, sensusque domado, ut velut non censeantur, dum vitales concupiscentie eorum maculantur, & quasi Deo immolantur. Ad Rom. cap. 12.

S. August. scribens ad verba Apostoli, quibus vitam promittit, qui spiritu adiones carnis mortificant, ita ait: Hoc est opus vestrum in hac vita, adiones carnis spiritu mortificare, quotidie assurgere, minuere, frenare, intertinere. Quam multos

multos enim proficientes non jam delectant, quæ antea delectabant? Quando ergo delectabatur, & non ei consentiebatur: quia jam non delectatur, mortificatio est. Calca mortuum, transi ad vivum, calca jacentem, consilge cum resuscitate. Mortua est enim una delectatio, fed vivit altera: illam dum non contemnit, mortificas, cum coeperit omnino non delectare, mortificasti. Hæc est actio nostra, hæc est milita nostra. Etiam Melchisedech non ignoratur, è quibus M. T. Cicero in Tusculanis. Tota Philosophorum vita, ut ait Plato, commentatio mortis est. Nam quid aliud agimus, cum à voluntate, id est, à corpore, cum à re familiari, quæ est famula & ministra corporis, cum à republ. cum à negotio sevocamus animus, quid, inquam, tum agimus, nisi animus ad se ipsum advocamus, secum esse cogimus? Secerere autem animum à corpore, nec quicquam aliud est, quam emori discedere. Quare hoc commentetur, mihi crede, desingamusque nos à corporibus, id est, consuecimus mori. Hoc & dum erimus in terris, erit illi celestium vite simile: & cum illuc ex his vinculis emissi fuerimus, minus tardabitur cursus animorum.

L. Amæus Seneca ad Lucillum epist. 113. Alexander quidem Persas, & Hyrcanos, & Indos, & quicuquid gentium usque in Oceanum extendit Oriens, vastabat, fugabatque. Sed ipse modò occiso amico, modò amico iacebat in tenebris, alias scelus, alias desiderium suum mœrens, victor tot Regum atque populorum, ira, tristitiaque succubuit. Id enim egerat, ut omnia potius haberet in potestate, quam affectus. O quam magnis homines erroribus tenentur: qui jus dominantis trans maria cupiunt mittere, felicitasimoque se judicant, si multas per milites provincias obtinent, & novas veteribus adjungunt, ignari, quod fit illud ingens, paratumque Regnum. Imperare sibi maximum Imperium esse. Hæc ille, convenienter lanè cum dicto Salomonis Prophetæ, Melior est patiens viro forti, & qui dominatur animo suo, expugnatore urbium.

TYPUS, ET IDEA.

Mortificationis in membris nostris perficiendæ typum expressit Altare holocausti, per quod ad aliud altare thymiamatis dabatur accessus: cuius descriptionem habes Exodi cap. 27. Et enim cor hominis se per penitentiam macerantis, vitæque sua mortificantis, & velut Deo immolantis, C altare holocausti, positum in atrio, quia debet prius homo comprimere passiones suas, quam ad Dei amorem valeat accedere.

Et veluti ignis, quo accendebatur thymia in altari aureo, fœvebatur ex altari Holocausti: sic & orationis fervor ex carnis mortificatione debet promanare. Unde qui orat, & hanc negligit, perinde facit, atque si quis sine igne vellet incendere aromatata.

Vide, quid hac de re scribat S. Gregorius hom. 22. in Ezechielem. Quid est, inquit, altare? nisi mens bene viventium, qui peccatorum suorum memores lacrymis se lavant, carnem per abstinentiam macerant, ubi ex mœnore compunctionis ignis ardet, & caro consumitur, juxta illud Apostoli Rom. 12. ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placens. Hostia vivens est corpus Dominum afflictum: hostia, quia jam huic mundo est mortuum: vivens, quia cuncta quæ prævalent bona operatur: sed alia compunctio est, quæ per timorem nascitur, alia quæ per amorem.

Deinde adaptans hæc utrique altari, scilicet holocaustorum, & thymiamatis, sic pergit: Unde & in tabernaculo duo altaria fieri jubentur, unum exterius, alterum interius: unum in atrio, aliud ante arcam: unum ære coopertum, aliud auro: in æreo cremantur carnes, in aureo accenduntur aromatata. Multi enim plangunt mala, quæ fecerunt, & incendunt vitia igne compunctionis, quorum adhuc suggestiones in corde patiuntur; quid nisi altare vitæ æreum? in quo carnes ardent, quia adhuc ab eis carnalia opera planguntur. Alii verò à carnalibus vitis liberi, amoris flamma in compunctionis lachrymis inardescunt, in superis jam interesse civibus concupiscunt, Regem in decore suo videre desiderant, & flere quotidie ex ejus amore non cessant; quid isti nisi altare vitæ aureum, in quorum corde aromatata incensa sunt, quia virtutes ardent: sed hoc altare aureum est ante velum, quia sanctorum corda per sanctum desiderium in illud ardent, quem adhuc revelata facie videre non possunt.

Ita sanctus Franciscus rogatus, quænam preces essent

Deo gratiores? illæ, ait, quas propria carnis comitatur mortificatio.

Pulchre Billius in Emblem. At rana ne fructus pede clauda vota sequantur, Fac, tua cum vitis ut caro morte cadat. Ara duplex templi quondam bar sine voce decebat, Tuis una, & cesas altera habebat ovis, Obluit hic casus pecudes, qui membra necavit: Qui pia vota facit, thus dedit ille Deo.

Ideam autem mortificationis Contemplativi statuerunt Jesum crucifixum, alludentes ad illud Pauli, Qui autem sunt Christi, nempe illi militantes, & illius spiritu aguntur; hi carnem, id est, concupiscentiam suam, & naturam vitiatam cum suis habitualibus vitis, & motibus, crucifixerunt, id est, compreserunt timore illo casto, inquit Augustinus, quo timemus offendere, quem toto corde diligimus. Ita dicebat idem Apostolus, mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.

MODI.

Sancti quo promptius, & perfectius vitia in carne sua comprimant, carnemque ipsam suam exemplo Pauli crucifigant cum vitis, & concupiscentiis, quinque modos regulariter adhibent. Primum id præstant per metum gehennæ, & districti iudicii divini. 2. Per rationem, & voluntatis constantiam, quæ firmiter proponunt Deum nulla occasione offendere: nam ut soleret & verè sanctus quidam Doctor dixit: Quidquid toto corde, tota desiderio, tota intentione vis, id certissimè eris. 3. Per custodiam oculorum, & sensuum, qui sunt velut fenestræ, per quas mors intrat. 4. Per orationem. 5. Per jejunia, vigiliis, aliisque vitæ austeritatibus.

EXEMPLA.

Pleraque hæc referantur ex loco de Abstinentia, Jejunio, Penitentia, Voluptate, &c.

GENTILIUM.

Non defunt exempla Gentilium, qui etiam quadam mortificandi semetipsum virtute excelluerunt. Perunt, Catonem minorem, belli Imperatorem, gravissima sibi cum toto exercitu exercitatum, cum pauxillum aque in galea oblatum à milite fuisset, manu quidem excepisse, at mox in terram abiecit, ne solus illo solatio, quod communicare aliis desiderabat, frueretur. Fulgos. lib. 4. cap. 6.

Laudatur Agefilaus Rex Lacædamoniorum: quod cibo G & somno dominaretur, frigore æque, ac æstui se affuecisset; quodque assidue in ore haberet, ducem non mollire, & luxu, sed tolerantia, & fortitudine debere subditis antere. Itaque cuidam interroganti, quid boni leges Lycurgi Spartanis attulissent, respondit, Contemptum voluptatum. Admiranti ejus, & Spartanorum in vestitu, & victu frugalitatem: hæc, inquit, est semente metibus libertatem. Hortanti, ut aliquid de severitate victus remitteret, fortè non habiturum cum aliis occasionem mollius vivendi, respondit: Ego verò me affuecisco, ut in nulla mutatione mutationem quaeram. Senior etiam factus, eandem vivendi tenuit rationem, rogaturque, cur in frigore sine tunica ambularet: ut, inquit juvenes imitentur exemplum seniorum, & principum.

Thafii offerebant ei farinam, anseres, bellaria, placentas, &c. ipse tantum farinam accepit, reliqua in servos distribuit, querentibusque causam, dixit: Qui virtutem colunt, non admittunt tales gulæ delicias; aliena enim à liberis illa sunt, quibus servorum ingenia alliciuntur.

Idem dicebat, malle se vincere cupiditates, quam hostium H exercitum: melius est enim conservare libertatem, quam cum aliis adimere. Testis est Plutarchus in ejus vita.

CHRISTI, ET CHRISTIANORUM.

Mortificationis exemplar fuit Christus Dominus, qui cum sub horam sextam, id est, circa meridiem, ut exponit Augustinus, ex itinere fatigatus discipulos ememororum ciborum causa in civitatem Sichar misisset, iis regressis nihil voluit comedere. Interrogabant eum discipuli, ait B. Joannes, dicentes: Rabbi manduca, Ille autem dixit eis, Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis. Dicebant ergo discipuli ad invicem. Numquid aliquis attulit ei manducare? Dixit eis Jesus: Meus cibus est, ut faciam voluntatem ejus, qui misit me.

Imitatrix Domini sui Magdalena exiit, quæ ait S. Gregorius Homil. 33. in Evang. quot habuit in se oblectamenta, tot invenit de se holocausta: convertit ad numerum virtutum numerum.

dupperum criminum; ut totum ferviret Deo in penitencia, quidquid ex se Deum contempserat in culpa.

Exemplum Regis Davids in multis celebratur. Nam B. Ambrosius in libro primo de S. Jacob, & vita beata, agens de passionum compressione. Quem, inquit, de hominibus meliorem, & fortiozem assumemus, quam sanctum David, qui cupiditatem, qua concupiscit aquam de lacu Bethlehemi hostili interclusam exercitui sibi auferre non potuit, potuit mitigare? Nam cum aliis utique desuisset non invenimus, id est, tanto exercitus numero, cum utique multo minus Regi deesse potuisset ex ceteris fontibus aqua, irrationabilem quendam concupiscentiam passus, desideravit eam, quae hostium erat circumfusione vallata: unde sine maximo periculo non potuisset deseri. Itaque ait: Quis mihi dabit potum de lacu, qui est in Bethlehemi ad portam? Et cum essent reperti tres viri, qui hostium castra praecederent, & deferrent aquam, quam summo desiderio desiderasset, cognoscens quod periculo alieno aqua sibi eadem constitisset, profudit illam Domino, ne sanguinem illorum, qui eam detulerant, bibere videretur. Quae res iudicio est, quod concupiscentia quidem rationem praevincit, sed ratio cupiditatis resistit.

Alterum est Valentinianus Imperatoris ab eodem Ambrosio in Oratione funebri commemoratum. Valentinianus quoque in dilecto Propheta similis, ait: Dilecta juventutis meae & ignorantiae meae ne memineris. Nec solum dixit, sed etiam ante corripit errorem, quam diceret esse lapsus alicuius erroris. Et quid iam de aliis dicam, qui etiam ludu juvenutis putaverit abstinentium, rescandam atati licentiam, severitatis publicae duritiam molliendam. Ferebatur primò ludis Circaensibus delectari, sic istud abstergit, ut ne solembus quidem Principum natalibus, vel imperialis honoris gratia Circaenses putaret esse celebrandos. Ajebant aliqui, ferarum eum venationibus occupari, atque ab actibus publicis intentionem ejus abduci. Omnes seras uno momento fecit interfici. Jactabant invidi, quod permature prandium peteret. Cœpit ita frequentare jejunium, ut plenius ipse impransus convivium solenne suis Comitibus exhiberet, quo & Religioni sacrae satisficeret, & Principis humanitatis. Scenicæ cujusdam forma, ac decore deperire Roma adolecentes nobiles nunciabatur. Jusit eam ad comitum venire, deductam tamen nunquam aut spectavit, aut vidit. Postea redire precepit: ut & omnes agnoscerent spiritum ejus non esse mandatum, & adolecentes dederet ab amore mulieris temperare, quam ipse, qui potuit habere in potestate, despexerat. Et hæc fecit, cum adhuc haberet uxorem.

Rogatus Magnus Arsenius, ut aquam rariis mutaret, quæ ferore totam cellulam replet? Respondit: Lubens facerem hunc excipio, in locum odoramentorum, quibus in palatijs Regum sui olim oblectatus; ut in die iudicii, de inenarrabili illo gehennæ ferore liberet me Dominus.

Es. Bernardus in Sermon. Quod inquit, martyrium gravius est, quam inter epulas esurire, inter vestes multas pretiosas algere paupertate premi inter divitias, quas offert mundus, quas offertat malignus, quas desiderat noster appetitus propter ea pauperibus, & pariter Martyribus regnum celorum promittitur: quia paupertate quidem emittit, sed in passione pro Christo absque dilatione percipitur.

* PREMIA EORUM, QUI MORTIFICANT, AC FRANGUNT PROPRIAM VOLUNTATEM.

Gravissimè Deum offenderat Rex Achab gemino crimine idololatriæ, & homicidii. Elias hominem monet quam, magna cum maneat apud Deum supplicia, ille monitis dans locum ad avertendam divinam indignationem mox cum ingenti dolore de peccatis vestra mortificationi se dedit, regias, & pretiosas vestes, quibus uti solebat ad fastum, & delicias, discerpit, cilicio aspero carnem affligit, remota lecti mollietate in vili sacco cubat, corpus fame remotis mensarum lauticijs, & inedia discruciat, atque oculis in terram dejectis humillimè incedit. Quæ mortificatione tantopere oculis divinis placuit, ut non solum iram omnem concessim posuerit, verum etiam (ut amicos gaudii sui participes redderet) advocavit magnum servum suum Eliam, etique dixerit: Nonne vidisti humillimum Achab eorum me? quia igitur humillitatis est mei causa, non inducam malum in diebus ejus. 3. Reg. 21.

Monuerat Deus per Jonam Prophetam, cap. 3. Ninivitas de impendente eis clade, & totius urbis subvertione, nisi poenitentiam de commissis criminibus agerent; illi vero moniti parentes una cum Rege suo ad expianda scelera, conciliandumque divinum numen severissimam sui mortificationem amplexi sunt, cilicij, & facies se inducunt, cito omni & potu abstinent, divinamque clementiam precibus, & lacrymis implorant, quam & impetrarunt, qui vero in probitate vite constantes deinceps permanferunt, etiam ab æterna damnationis vastitate liberati fuerunt.

Filii Israel Machabæorum temporibus, cum extremum sibi animadvertissent impendere exitium ab exercitu hostium potentissimo, hoc est, 47. millium hominum armatorum, contra ter mille inermes, nullo alio presidio, quam mortificationis in sacco, cinere, jejudio, inimicis ad Deum clamoribus clamem illam averterunt, immò victoriam ex hoste reportarunt. Rectè ergo Sanctus Quirianus, Quotquot, inquit, viros virtutum vidimus quospiam ad Deo obtemperant conati sunt, jejunii incubere, & lacrymis, & pernoctantibus in orationibus, cilicij carni hærentibus supplices beneficia populiaverunt, nec aliquid magnum unquam moliti sunt, nisi prius abstinentia præcessisset.

1. Machab. 3. & 4. Theodoretus Cypri Episcopus de sancto Polycronio: Mortificabat se, inquit, aspero Cilicio, vilique, & nullius pretii vestitu, tanquam inopem vitam agebat, ut necessarium quidem semper haberet nutrimentum, ac noctem totam vigili in precibus stans consumebat. Habebat in cella ingentem truncum esse quercu (quem factum Theodoretus se ambabus manibus vix potuisse tollere.) Hunc noctu, dique imponebat humeris, & sic in oratione persistebat. Paupertatem tanto studio coluit, ut exstimator quovis regno magis expetendam. His, aliisque id genus exercitiis in extremam usque atatem usurpatis ad tantam Dei notitiam, continuamque rerum divinarum memoriam pervenit, ut mentem à contemplatione carum divellere non possit. Quare & cum iis, qui ad ipsum subinde ventitabant, paucis differens, non poterat in animam inducere, ut cogitationem à cælis deduceret. lib. 2. cap. 24.

Palladius Cappadociæ Episcopus scribit, Macarium Alexandrinum mortificandi sui causa toto septennio nihil præter cruda olea, vel legumina humectata fupplisse, totis viginti diebus, & noctibus tædium non interrupsum, ut somnum vinceret, cum interdum quidem xstu aideret, noctu vero dolore rigeret. Et eum aliquando in G molestiam exhibuisset spiritus fornicationis, nudum sex menses fessum in palude Scetes, quæ est in vasta solitudi- & à culicibus, quæ magnitudine æquunt vespas, toto corpore ita demortum, ut videretur leprosus. Ad- dit, ad eum humillimum se solum duorum modiorum sportam arena plenam humeris impositam per totam solitudinem deportare. His, aliisque exercitationibus corporis tantam apud Deum promeruit gratiam, & ad tam sublimem, & constantem pervenit Dei cognitionem, ut sæpe noctem cum die in solius divinitatis continuaret contemplatione. In Hist. Lausiacæ cap. 20.

Simon Metaphrastes narrat gloriosum martyrem Severianum contemptis omnibus mundi opibus, & in egenos erogatis tanto in Deum amore exarhite, ut flagrante gravi persecutione sponte se obtulerit ethnicis iudicibus, qui in Christianos sæviebant, existimans id divina voluntati magis esse consentaneum. Quare & crudis nervis mox corpus ejus dilacerarunt, deinde trahi appetum ferreis lanarunt unguis, os faxis contuderet, dentes evulsere. Hinc è ligno depositum deducunt in altum murum, duobusque lapidibus maximis collo, & pedibus ejus alligatis, sunc cinctum è muro demittunt, ut lapidum pondere divisus membris violenter abrumpere animam. Verum Sanctus ille mentem se habebat in Deo defixam, ut hæc, aliaque tormenta, quibus per aliquot dies fuit excarnificatus, ne puncto quidem temporis eum à voluntate divina separarint, immò gaudebat, & exultabat in illis, quia seiebat id divina placere Majestati. Unde & in acerbissimis cruciatibus facebatur nullum se malum reformidare, nisi solum peccatum, tormenta autem se summoopere amare, eo quod conjunctissimum ipsum redderet Christo, cui gratias agens cum Pfalmista dicebat: Gratias ago, Domine, quod docuisti me ad prælium, & posuisti ut arcum areum brachia mea. Suvius.

B. Ca.

B. Catharina Bononensis, ut ab omnibus viliperderetur non solum coram confessario, sed etiam publice sua peccata confitebatur, & manu sua conscripta relinquebat. Dil in oratione brachij in forniam crucis protensis persistebat, altarum religiosorum virtutes omnes imitabatur, & licet plus omnibus alijs se exerceret, tamen omnium vilissimam se reputabat. Voluntatem suam frangebat obsequendo summa promptitudine in omnibus. Levabatur in iurijs, oprabaturque asperè & dure se à sua suppone tractari, & graviora quæque sibi imponi. Experta enim utilitates, quæ inde manabant, dicebat: Omnem quidem obedientiam in rebus licitis esse bonam, & fructuosam, sed optimam, infuberrimamque esse, quando aliquid arduum moroso vultu à superiore imperatur. Hinc tantum amoris divini robur consecuta est, ut ad obtemperandum divinæ voluntati parata esset non solum omnes mundi, sed etiam ipsi inferni cruciatibus perferre, si fieri posset. Immo à Deo toto pectore effragitabat, si inde major Deo gloria, suæque animæ profectus resuleret, etiam horribilioribus pænis sustinere, non quoad culpam (quam maxime oderat, & horrebat) sed quoad acerbiter cruciatus. In Chron. Francif. p. 3. lib. 4. cap. 33.

Theodoretus ait, quendam hominem sanctum nomine Eusebium consuevisse se mortificare gestando singulum ferream circa lumbos, & oculos in terram abiciendo, ut nullam ex aspectu calorum, vel camporum caperet voluptatem. Hoc mortificandi studio, ad frangendas cupiditates suscepto, tantam meruit à Deo animi mansuetudinem, ut nullis injurijs licet maximis ad iram accenderetur, sed velut benedictionis exciperet. Et si solitudinis amans esset, nec vulum his injurijs mutans, nec sermone institutum dimittens, leni voce, & verbis serenitatem animi significantibus senem dimisit. Quo digresso, rursus ad presentes hospites eadem tranquillitate, qua ante sermone convertit, ac si nullo maledictio læscitissus fuisset. In Historia Religiosa cap. 4.

Sanctus Edmundus Archiepiscopus adhuc adolescentulus mortificabat se gestando cilicium, & jejunando, idque crebro in pane, & aqua. Grandior autem factus zona exlestis equinis confuta attingebat lumbos, caligis utebatur cilicium, nec carnis, nec piscibus vescerebat, solo pane, vilique cibo contentus, suum consueque tolerabat nonnunquam, ut labra dirumperentur ad quietem nocturnam capiendam, nec ladicibus, nec stragulo, nec pulvino utebatur: Sed propriis tantum vestibus tectus alicubi consistebat, idque per totos triginta annos fecit. Evedus deinde ad Archiepiscopatum nihil ab hac severitate mortificandi subtraxit, immò eam potius auxit, tantumque à Deo donum omnes animi perturbationes temperandi & subigendi consecutus est, ut cum sæpenumero gravissimis afflictus esset, & probris flagrantibus, atque etiam ab ipso Rege, & suæ Ecclesiæ Canonice nulli ira concitaretur, nullo macore tabesceret, sed potius ex intimis animi præcordijs exultaret, ipsifque calumniosioribus tam comiter, & affabiliter rationem factorum suorum redderet, ac si eximio aliquo beneficio ab illis donatus fuisset. Suvius Mensis Novembris.

Sanctus Gregorius scribit 2. Dialog. cap. 2. Sanctum Benedictum cum, antequam Monachorum pater esset in eremo, fraude diæmonij gravissima libidinis tentatione pulsaretur, sollicitudine esset de avertendo tanto periculo, se veste nudatum magno fervore in urticas, & spinas, quas ibi ostendebat, coniecit, & tandiu se in eis volutasse, donec omnis tentatio evanisset, atque ex eo tempore se donitas sensisse animi passionis, ut reliquo vite tempore ab illis fuerit immunis.

S. Bonaventura commemorat, sanctum Franciscum initio conversions suæ non minus gravi tentatione afflictum se nudum abiecit in nives, ac mox eam ita perfectè extinguitam, ut de cætero nunquam fuerit ab ulla carnali cupiditate infestatus. Ecce uno actu ferventi magna imperatur gratia, & non solum tantus libidinis ardor L. B. Theat. vit. Human. Tom. V.

mox extinguitur, tanquam pestilens vulnus illico sanatur, sed in omne vite tempus sanatur.

Sanctus Gregorius Nazianzenus refert, Basilium Magnum consuevisse se mortificare humi cubatione, & unius tunice, attritique pallii gestatione, atque etiam nocturnum ad somnum vincendum in oratione vigilijs, in cibo sumendo eam gratiam secutus est frequentatione jejunij, ut non solum supra triduum inedia produccret, divinis intentus sermonibus, verum etiam tam longè abesset à captanda in cibis voluptate, ut solatium ei esset nullam percipere delectationem in cibis.

De sancto Presbytero Ilidoro, ait Palladius, eum mortificasse se non utendo linea ad carnem veste, abstinendo ab escacarnium, & nunquam saturum à mensa discendo. Quibus, aliisque exercitijs sic refrenavit edendi cupiditatem, ut crebro quo tempore necessarius victus sumendus erat, vel in castam mentis abriperetur, vel multam lacrymarum vim effunderet, rogatuque cur illacrymaret: respondit se summo pudore suffundit, quod cum homo à Deo conditus sit ad vescendum cibis celestibus, immò ad perfruendum Deo in voluptatum paradiso, tamen contra omnem orationem instat belluæ se abiciat ad pastum terrenum. In Hist. Lausiacæ.

Sanctus Martinus, teste Sulpitio, vil induebat tunica, etiam postquam Episcopatum inuit, carnem asperò domabat cilicio, nunquam in excessu cathedra sedebat, sed in humili scabello: Ante Episcopatum proprio famulo caligas detrahebat, calcemata mundabat, mensæ ejus ministrabat. Postquam vero factus Episcopus, ipse convivis suis aliunde venientibus aquam in manibus fundebat, ipse pedes eorum lavabat. Contempitium sui tantopere amabat, & quærebat, ut sanctus Hilarius, quo eum diutius secum retineret, nec Sacerdotem nec Diaconum eum consecrare voluerit, sed solum Exorcistam, quod munus erat juvenum, & senioris deducebat. A Presbytero quodam ministro suo gravissimis sæpe injurijs jam Episcopus læscitissus (appellabat enim illum insentatum, impostorem & superstitionis) solo patientiæ clypeo se defendit. Injurijs alijs illatas castigabat, suas ita negligebat, ut nec irati animi indicia ulla proderet. Sciebat enim, se ampliorum fructum ex illis patienter tolerandis, quam ulciscendis relaturum. Atque hoc genere exercitationum tantam contra omnem G metum humanum victoriam nactus est, ut cum aliquando in itinere incidisset in latrones, atque unus jam securus in ejus cervicem vibraret, ille metu vacuum idtum paratus fuerit excipere. Quo facto latronum aliter per-motus rogavit Sanctum Dei an non timuisset? ille vero respondit, nunquam se magis fuisse securum quam tunc.

In historia sancti Elzearii Comitis legitur, cum licet conjugatum, & nobilissima stirpe editum, tamen cilicio corpus afflixisset, & in eo dormivisset, cum esset corpore sanus crebro jejunasse, & catenula ferrea se diverberasse, quibus medijs tantam à Deo obtinuit gratiam, ut in omnibus mundi periculis fuerit imperterritus, quando eo mari iter faciente, tanta oborta est tempestas, ut malus navis cum artemone diffingeretur, vela discerperentur, vectores omnes ululabatibus, desperatitque vocibus omnium aures compleverit, at ille formidine omni remota orationi vacabat. Rogatus deinde, an timuisset, respondit, se nec tunc, nec aliis ullum genus mortis timuisse, sed se totum divina voluntati commisisset, paratumque fuisse, ut aliis falis, fluctibus H hauriretur. Suvius in Septemb.

Theodoretus scribit in Historia Religiosa cap. 6. admirandum monachum Simonidem mortificandi sui causa se in speluncam inclusisse, & orationi noctu, dique, omnibus commoditatibus humanis exclusis, vacasse, solisque herbis victasse, unde à Deo gratiam obtinuit, ut bestitæ ad nutum illi parerent. Cum aliquando in eum incidissent viatores, qui à recta via aberrarant, cuperentque sibi eam demonstrari, iussit eos prætorari, donec bini leones accurrerent, qui accepto mandato magna mansuetudine duces se itineris illis præbuere, donec rectam viam attigissent.

In Historia Ordinis Minorum, part. 3. lib. 8. cap. 36. refertur, magnum quendam servum Dei nomine Innocentium de S. Angelo, insignemque verbi divini concionatorem, ad mortificandam honoris cupiditatem, se quantum honestas patiebatur, omni veste spoliasse, oneratamque alijs, & capis per Bbb vias

vias urbis in qua concionabatur, incesisse. Quod quia ille fecerat causa expugnandæ vanæ gloriæ, zeloque se mortificandi, factum est, ut populus nullum inde scandalum acceperit, sed majorum amore, & honore deinceps fuerit profectus: item aviculæ illi obsequabantur avolando, vel avolando quoties vellet, cantando item, & lætitiæ varia signa unâ cum ipso demonstrando, ac tandem accepta ejus benedictione discedendo.

Palladius narrat in *bislor. Laus. cap. 64.* Panfufum sanctitate, miraculisque clarum monachum cœlesti revelatione motum adisse rusticum tugurium, eique Dei nomine mandasse, ut rationem vitæ antea sibi redderet. Rusticum autem Dei nomine audito respondisse: Ego homo peccator sum, vitæ autem meæ hæc est institutio. Matrimonio junctus sum huic mulieri, tribus autem liberis editis, de servanda deinceps castitate, & habitatione separata inter nos convenimus, & jam ipsos triginta annos sejuncti vivimus: operam do peregrinis, & egenis hospitio recipiendis, appono illis, quod habeo, & neminem vacuum dimitto. Si quem ex populo refectionem inopia laborare, cum quibus modis possum solor, & juvo. Si aliquos inter se discordes reperio, eos concilio conciliare. Liberos ea honestate morum imbuo, ut nemo iure de eis conqueri possit. Jumenta ut nulli damno sint proco, & ne quid alienum in domum meam inferatur, vigilo. His auditis Panfusus ex parte Dei ei benedixit, & addidit: unum tantum tibi est necessarium, notitia affectuosa (vel sapida) Dei (hoc est ardens ille amor unitivus, quem rerum divinarum contemplationes in oratione experiantur) eamque consequi non potes, nisi relinquant mundum, & crucem Christi suscipias. Patet consilio rusticus, & monentem sequitur, in oratione, & mortificatione se exercet tanto cum fructu, ut mortientis animam Panfusus gloria mirabili fulgentem viderit ab Angelis deportari in æterna tabernacula.

Refert B. Dorotheus fe initio susceptæ religiofæ vitæ mortificasse suam voluntatem patendo aliene superiorum, & honorum cupiditatem, patefaciendo iidem tentationes, & cordis sui cogitationes, eoque exercitio consecutum tantam animi pacem, & tranquillitatem, ut nec ullum religiofæ vitæ opus, nec ulla calamitas deinceps molestiam aliquam aut perturbationem ipsi attulerit. Et, quia illis initiis nondum erat rerum divinarum tam intelligens ac postea, dabatur cepit, C securamve, & rectam viam teneret in cœlum, in quod per tribulationes multas, quas ipse non experiebat, aditus pateret ad cœlum. Cùm verò nec dubitatio illa confusetam ei pacem adimeret, scripto proposuit eam suo cuidam Patri spiritali magna sanctitate confpicuo, qui ei respondit, metum omnem deponeret, tranquillitatem illam natam esse ex mortificandi studio. Voluntatem, & iudicium subiciendo iudicio, & voluntati superiorum, & in manus Dei, majorumque suorum omnia tradendo.

S. FRANCISCUS teste B. Bonaventura, sui mortificandi causa vel cineres vel aquam in cibos iactabat, ut saporem adimeret, inter dormiendum capiti lapidem, pulvini loco, subiciebat, veste nulla, nisi aspera, uti volebat, & si mollior porrecta fuisset, eam interius funiculis exasperabat, eisque rei duas causas reddebat, unam, quòd illud placeret Christo, alteram quòd asperitas plurimum valeret ad vincendos demones, qui voluptatum, & deliciarum illecebra primum hominem tentant, ad mortificationem autem omnem horrent, & fugiunt. Recte enim inquit S. Basilus Orat. 8. de tempor. Necessè est totum corpus nostrum D castigare, eique tanquam feræ belluæ frenum iniicere; si enim delictis, & blandimentis illud foveamus, instat equi ferocis, & indomiti curru cum auriga evententis animam nostram in cœnum flagitiorum præcipitem aget. Sin verò subtraditione voluptatum, & illecebrarum, quæ sunt vitiorum quasi esca, & voluntaria susceptione pœnarum, quæ sem sunt virtutum, affligamus, robur ejus facile languefcet, & spiritus imperio rationis, & voluntatis divinæ nullo negotio illud subjugabit. Beneficio ergo mortificationis & demonem expugnatus, & virtutem perseverantiæ, qua una coronam de manu summi imperatoris, & iudicis tandem rapiemus, à Deo obtinemus. Carne nostra nullus valentior miles miretur demoni, dicebat F. Aegidius S. Francisci socius.

Commemorat *Metaphrases*, cùm S. Saba Abbas in speculna quadam delitesceret unâ cum discipulo suo nomine Basilio, (qui genere nobilis, & dives omnibus relictis statuerat cum dicto Patre pœnitentiam agere,) nocte quadam spclun-

cam ingressos latrones, ut inde aliquid abriperent, & cœm nihil apud eos pretio dignum invenissent, cepisse eos cogitare, illos procul dubio homines esse perditos, & damnationis reos, in qua cogitatione dum essent, cepisse eos vehementer dolere de peccatis, & impendentem Dei meture vindictam, occurrisse deinde in vasta solitudine ingentes leones. Illos verò cùm remedium liberationis aliud non videret in mentem, leonibus præcepisse, ut propter B. Sabæ orationes terga verterent, quod & fecerunt, non secus quàm si telis confixi fuissent: illi verè continuò ad S. Sabam reverterunt, vitam commutarunt, & manuum labore deinceps victarunt. Tantum potuit bonum exemplum.

S. VINCENTIUS Ordinis prædic. prædicatione sua non solum provocabat homines ad internum dolorem de peccatis, sed etiam ad acerrimas corporis diversiones, quæ sæpe à multo populo, totisque civitatibus circum Ecclesiâ publicè instituebantur. Id cùm in Francia quoque fecisset, accidit, Lugduni militem quandam pœnitentem, qui omnibus erat scandalo, tandem adire sacerdotem, & peccatorum facere exomologesim. Cui cùm in publicâ aliqua supplicatione disciplinam cum aliis ferret, & ille agrè tantam pœnitentiam suscipere, non aliud illi mandavit, quàm ut comitaretur saltim F in processione, libenter paruit, & spectaculo verberatum durum illud pœcus ad tantum criminum suorum dolorem commotum est, ut detractis vestibus flagro accepto tam immaniter in tergum suum defeverit, ut circumstantes omnes moverit ad lachrymas, ac tandem, ne necem sibi immanitate istam afferret, opus fuerit disciplinam e manibus extorquere, itaque apud hunc hominem plus valuit bonum exemplum, quàm verborum confessari autoritas.

B. Petrus Damian. Card. narrat S. DOMINICUM LORICATUM inter ceteras mortificationes hanc potissimum usurpasse, ut totum corpus crebris virgarum ictibus in quinque, vel sex horas affligeret, totumque inter ictus Plasterium, quod memoris mandarat, recitaret. Quod exemplum fecit, ut disciplina usus inditione illa, totaque patria, in qua morabatur, frequentari cepit, non modò inter religiofos, sed etiam inter seculares, viros & feminas, nobiles & ignobiles, tantoque ardore hanc castigationem suscipiebant, ut crederent, fe hoc ardore supplicii omnes pœnis peccatis in alio seculo debitas expurgaturos.

S. Dorotheus scribit, discipuli sui Dositheie hanc præcipuam exercitationem fuisse, ut crebris frangeret propria voluntatem, nam cùm aliquid illi adferret ad usum quotidianum necessarium, diligenterque, & nitidè confectum, imperabat Dorotheus, ut alii potiusquam sibi traderet. Si advertebat, superiores affici ad librum, vel cutellum, quo utebatur in curandis ægris, mandabat, ne amplius eo uteretur. Si quid seiscitabatur cognitione dignum, sine ferò responso eum dimittebat. In his omnibus Dositheus promptè obediabat, patienterque cum silentio omnia perseferebat, ac intra quinquennium ad tantam virtutis perfectionem pervenit, ut post mortem conspectus fit inter religionis illius Sanctos ad magnam evectus gloriam. Mirabantur alii monachi Dositheum tam brevi tempore ad tantum virtutis fastigium confcendisse, cùm tamen ob corporis debilitatem in sustinendis jeuniis, vigiliis, aliisque asperitatibus longè inferior esset reliquis. Verum rogatus de ea re, respondit, se omnem operam, & studium poluisse in mortificanda jugiter propria voluntate, eaque voluntati superiori conformanda. Redè ergo S. Gregorius lib. 6. in libris Regum, c. 15. tradit, sublimioris esse meritum, propriam vel submittere aliena, quàm H corpus magnis jeuniis affligere.

S. Paulus Eremita adolecentiam suam paucis da styliis aluerat, senectutem verò tantum dimidiato pane, omnibusque humanis commodis destitutus ætatem extraxit in annum 13. supra centesimum.

S. Antonius humi cubans, & paxillum panis, & aqua sub vesperam fumens de viribus corporis ad colendum Deum necessarius nihil detraxit, & in centesimum quintum annum vitam produxit.

Ex Loco de Pœnitentia, Castigatione, Jeuniis, & similibus, per quæ mortificatio augetur, illustretur locus præsens.

* Motus

A * Motus.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

MOTUS, Græcè κίνησις, & κίνησις, moveo dicitur. Est autem motus actus entis in potentia, secund. Ariff. lib. 7. Physic. five est actus ejus, quod est potentia, ut est tale. Item, Motus est actus activi, atque passivi. lib. 3. Physic. cap. 2. Hinc terret motus, quæ causa sunt venti in cavernis terret inclufi.

Motiva vis sensitiva duplex est, scilicet Naturalis, & Animalis. Vis motiva naturalis est quæ non movet per apprehensionem, nec est subiecta imperio rationis. Et talis est virtus vitalis, & pulsativa, quæ movet arterias, & cor secundum rationem, & contractionem. Et hujusmodi virtus est in corde, sicut in proprio organo. Unde solum habet esse in animalibus perfectis, pulmonem, & cor habitibus. Et hæc vis per inspirationem, & respirationem est principium contemperandi calorem cordis, & corporis. Vis motiva animalis est, quæ movet per apprehensionem, & est triplex, quædam movet per modum dirigentis, quædam movet per modum imperantis, & quædam per modum exequentis. Ex B. Thom. Opusculo de potentis anime, cap. 5.

GENERA.

Motus sex sunt genera: ut Ortus, ut Interitus, ut Accessio, Decessio, Commutatio, & Loci mutatio. In Categor. cap. 13. de motus generibus.

Item motus alius est generaliter dictus, alius specialiter, quem Physicum dicunt. Deinde dicit. Ariff. lib. 6. Physic. cap. 1. Quædam moveri per se primò, quædam per accedens, quædam etiam per partem, ut v. g. cùm dicitur moveri homo, etiam cùm brachium illius moveatur. Ut autem mobilium, ita & moventium similis divisio dari potest, ut alia per se, alia per partem, alia per accedens moveant.

Denique motus alius est instantaneus: alius successivus. Deinde alius est generativus, alius destructivus. Item alius est subiecto ad subiectum: alius non subiecto ad non subiectum: alius non subiecto ad subiectum: alius denique subiecto ad non subiectum, vocatur ab Ariffotele subiectum hoc loco, quod vocabulo affirmativo significatur: non subiectum, quod negativo, v. g. album, & non album, & sic de aliis. lib. 5. Physic.

* Mulier.

DEFINITIO, ETYMOLOGIA, ET APPELLATIONES VARIE.

MULIER, Græcè γυναιξ, & γυναιξος, muliebris dicitur. Mulier γυνή, quasi γυνή, patiens, teste Platone. Mulier primæ, nempe Evæ, mulieres alias omnes repræsentanti dictum est. In dolore paries Hebr. *Issba* Vira, nempe à viro Adamo desumpta, viro adjectum futura, & quæ animum minimè mollem, sed virilem, in familia regenda exerceret. Quod etiam mulier dicitur, ut ex ea prolem suscipiat, dicitur *Ngebubab*, à verbo *Nakab*, excavavit. In utero enim mulier, veluti in loco concavo, qui deinde aperitur, proles lateret ad tempus constituta, & inde in lucem exit. Est enim mulier illa, quæ amplius virgo non est.

D Quare Cicero, objurantibus cum nonnullis, quod sexagenarius Popiliam virginem duxisset, respondit: Cras mulier erit. Mulieris appellatio, ut vuli Cajus Jureconsultus, etiam virgo nubens continetur, hoc est, quæ matura viro, jam plenis nubilis annis.

Præmè muliebris inditum nomen Eva ex sacris litteris colligitur, cujus interpretatio vita sonat, unde & motor viventium appellata est. Latinis præter nomen mulieris quod à molitæ, five animi, five corporis deducitur, eandem etiam appellat Fœminam, idque ut auctor *Idorus*, à fœtu, five ut alii volunt, à fovendo. Est enim inter naturales operationes nobilissimum fœtum generare, & eundem fovere, tam intra, quàm extra matrem uterum.

Itali mulierem *Donnam* vocant, derivatione accepta à Latina voce domina, quod est nomen imperii, & potentis, unde ad feminas cura domus magis dignoscitur pertinere, quàm ad viros. Et affirmat *Plin.* in vita *Lycurgi*, fœcinas appellari nominare Nefcentis dominam, unde & *Homerus* lib. 3. *Odyss.* vocat Nestoris uxorem dominam. L. B. Theat. vit. Human. Tom. V.

¶ Vide infra. Mulierum fuga. Item inter Apophtegmata sunt mulieris descriptiones.

EJUS FORMATIO.

Post creatum virum, & reliqua animalia, mundique ornatum completum, solus is erat, nec enim alius aderat homo, cum quo vitæ communionem haberet, unde dixit Deus, Non est bonum hominem esse solum (quia cùm homo sit animal sociale, necessaria erat ad conservationem speciei propagatio, eaque per mulierem fieri debebat.) faciam ei adiutorium simile sibi, quod Chaldaus vertit, sustentaculum quod sit penes eum. Inmisit ergo Deus sopolrem in Adam (quod sopolrem non solum fuit somnus aliquis, sed gravis, & profundus cum exlasi conjunctus, qua divinitus mens illius elevabatur, ut videret ea, quæ circa eum gerebantur: & simul propheticò spiritu cognosceret mysterium per ea significatum.) & tulit unam de costis ejus, quæ fuit instar feminis ad generationem individui, omniumque hominum feminarium in illo constituta, tanquam capite natura nostræ: & ædificavit eam in F Mulierem, nempe ex costâ hac carnosa, admiscendo alienam materiam, eam efformavit, idque in Paradiso, in quem jam Adam translatus fuerat, hujus autem formationis causam volunt Doctores, ut vir mulierem tanquam sociam diligeret, eique inseparabili amoris nexu jungeretur, deinde propter Sacramentum, quod magnum Apollolus fatetur in Christo, & Ecclesiâ ad *Ephef. 5.* Vide S. Thomam 1. parte quæst. 42. art. 2. & 3.

VIRTUS, NATURA, SEDUCTIO.

Sicut Deus Adamum in sua creatione repleverat scientia, & gratia, item & Evam, quod indicare voluisset Adamum, colligunt Hebraice lingue Interpretes, cùm admirans illius de se formationem dixit: Hæc vocabatur Virago, quoniam de viro sumpta est, ubi vis Hebrææ vocis non solum importat naturam, & sexum, sed virtutem, & animum virilem in muliere, hinc viram veteres Latini mulierem dicere, quia de viro sumpta erat, teste Sexto Pompejo.

Atque hæc virtus, scientiaque, qua eam cumulaverat Deus, appetitum inordinatum omnis scientiæ, & similitudinis diviniæ, quæ falsò diabolus serpentem ingressus ei promittebat, in ea excitavit, atque indignationem ingessit, quod à pomò, C cujus excellentiam foris contemplantur, præcepto acceretur divino, unde & serpenti mentientis credidit, atque exinde ad perfectam inobedientiam profilit, pomum vetitum comedendo, & virum suum ad idem faciendum induxit, absque intentione tamen in eum decipiendi, quomodo paulò ante serpens intenderat ipsam Evam decipere, & seducere, prout etiam fecit. Unde Paulus 1. *Timoth. 2.* dicit: Adam non est seductus, sed mulier seducta in prævaricatione fuit. Seducta nempe *απαρτηθη*, id est, decepta, videlicet à serpente, & prævaricata est præceptum Domini, hinc à Deo reprehensa dicit: Serpens deceptit me.

Adam per Evam deceptus est, non Eva per Adam, quem vocavit ad culpam mulier, justum est, ut eam in gubernationem assumat, ne iterum fœminæ facilitate labatur. *Ambros.* in *Hexam. trakt. dicit 4. 19. hab. 35. q. 5. Adam.*

Æ R U M N Æ.

Seducta per Serpente muliere, postquam Dei præceptum H fuit prævaricata, dixit ei Deus: Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos: In dolore paries filios, & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. *Genf. cap. 3.*

Quibus verbis triplex pœna infligitur, ob triplex illius peccatum. Primum credidit serpenti dicenti, eritis sicut Dii: audit, multiplicabo ærumnas & conceptus tuos. 2. Gulose comedet pomum vetitum: audit, In dolore paries. 3. Quia virum seduxit: audit, Sub viri potestate eris. Ita *Ruppert.*

Cæterum multiplicatio ærumnarum circa conceptus mulierum notissima est, & quidem ante conceptum grumng sunt, sordes, & fluxus menstrui: In ipso conceptu desloratio, pudor, & dolor: post conceptum, immunditia, menstrui sanguinis retentio, pondus prolis in utero per 9. menses, fastidia, spafnici pericula, de quibus *Ariff. lib. 7. c. 4. Hist. Anim.* Dolor in partu maximus est propter angustiorum uteri meatum, qui sine vehementi dolore laxari non potest. Quod secus in innocentiam